

Masure, Jacques-Louis-Joseph -
candidat / Botentuit Langlois,
Pierre-Mathurin - président. - De
ulceribus cum carie

1776.

*Paris : Typis Michaelis Lambert,
Regii Chirurgiae Collegii
Typographi, viâ Cithareâ,
Cote : ms 2344, n°28*

DE ULCERIBUS
CUM CARIE.
THESES
ANATOMICO-CHIRURGICÆ;

QUAS DEO JUVANTE & Præfide M. PETRO-
MATHURINO BOTENTUIT LANGLOIS,
Facultatis Artium & Chirurgiæ Magistro, in
utroque Jure Licentiatò, nec non in Scholâ Præcticâ
Anatomes & Chirurgiæ nuper Professore, iueri
conabitur JACOBUS-LUDOVICUS-IOSEPHUS
MASURE, Parisinus, in almâ Universitate
Parisiensi Artium liberalium Magister, & in
Nosocomio Parisiensi dicto l'Hôtel-Dieu Chirurgus
internus, Theseos Auctor.


Die Sabbati 5^a mensis Octobris, anno 1776, à sesqui-
secundâ postmeridiem ad septimam.

PRO ACTU PUBLICO
ET MAGISTERII LAUREA.



Typis MICHAELIS LAMBERT, Regii Chirurgiæ Collegii
Typographi, viâ Cithareâ.

M. DCC. LXXVI.



DE ULCERIBUS

CUM CARIE

THESES

ANATOMICO-CHIRURGICAE

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO

MATTHEO BOTTICCHIO LANCROIS

PAULUS ANTONIUS & CHIRURGUS MAGISTRO

AVVS DNO IUVENATE & PAVLO M. PETRO



D. O. M.
T H E S E S
ANATOMICO - CHIRURGICÆ.

QUANTASCUNQUE vires adhibere Natura soleat, ut sanitatem tueatur, aut amissam restituat, quoties amico manûs industriosè medentis auxilio orbata, sibi non sufficit ! Quodquidem cùm in omnibus, tùm præsertim in Chirurgicis morbis agnoscendum. Adsit calculus in vesicâ & ignoretur : quid tùm à Naturâ expectandum ? Nihil profectò. Sed melioribus auspiciis advocetur Chirurgus : morbum perscrutatur, & mox veluti digito tangit, ac demùm penitus extrahit ; sicque, dolorum omnium sublatâ causâ, hominem ab ipsis orci faucibus eripit.

Hoc itridem porrò videtur in ulceribus cariosis, de quibus differendum nobis est, & quorum curatio, cùm de locali tantùm vitio agamus, à Chirurgiâ tantùm repetenda. His autem dicatam *Encheiresim* quis adstruet, nisi partium quæ morbi sedes sunt

A ij

structuram apprimè noverit ? Liceat igitur cutis, textûs cellularis , ac deindè ossium descriptionem , levitèr tantùm , brevitatìs causâ perstringere.

EX ANATOMIA.

Externum totius corporis involucrum , inæqualitèr densum crassumque , extensionis & contractionis capax , cutis nomine venit.

Quadruplici partium serie conflatur.

Prima & interior , corium dicta , cæteris crassior , fibrarum miro ordine intertexta , vasis nervisque copiosa , cellularis textûs lamellis sibi invicem applicatis constat.

È corio prodeunt ac veluti emergunt papillæ ab expansione nervorum oriundæ , ordine , situ , numero , figurâ , pro variis partibus diversæ.

Inferuntur illæ papillæ corpori reticulari quod est veluti lamella quædam mucosa , mollis , diffluens , concrescens calore , epidermidique tenaciùs adhærens. Ex illo corpore reticulari oritur color cutis ac proindè Æthiopum nigrities : papillas sustinet , ordinat , irrorat & emollit.

Has omnes prædictas partes tegit & involvit epidermis seu cuticula , membrana omnium exterior , sicca , pellucida , diversè fulcata , tenuissima ut plurimùm , sed quibusdam locis seu attritu duriori , seu innatâ partium dispositione crassior : innumeris pertusa foraminulis , insensibili transpirationi , sudori , inhalationi facilem viam aperit : ad id inservit ut à durioribus sensationibus deffendantur nervi , quod patet ablatâ epidermide & papillis denudatis : ulteriùs verò ejus structuram curiosè indaganti neque fibræ , neque vasa , neque nervi occurrunt , sed tantùm squammulæ aliæ super alias positæ.

In cute insuper animadvertuntur glandulæ sebaceæ , ungues , & pili : sed hæc omnia minimè ad nostrum hoc propositum attinent.

Textum cellularem dicimus folliculorum membranaceorum congeriem ita intricatam , ut nascantur cellulæ magnitudine figuræque diversæ , omnes invicem perviæ , quas innumera perreptant

vasa. Non infra cutem tantum deprehenditur, sed musculos etiam & vel minimos fibrarum fasciculos involvit: imò interiora pervadit organa, & omnia veluti penetrat; undè meritò dici possit spongia quædam in quam introductæ fuerint omnes aliæ corporis partes fibrillæque tenuissimæ, cuique super injecta fuerit cutis.

In hisce cellulis secernitur ac deponitur humor oleosus morâ & frigore concreescens, adipis, sebi, medullæque nomine pro sede aut variâ densitate gaudens: modò rarior, modò copiosior pro diverso partium usu, pro ætate, sexu, statu corporis ac temperamento: per textûs cellularis areolas lentè circumagitur, & facilè variis temporibus aut redundat aut reorbetur. Musculorum flexioni servandæ, lubricandis partibus, inungendis fibris, ac etiam nutritioni quibusdam videtur idoneus.

Ossa, solidiores firmioresque corporis humani partes, totius ædificii veluti fulcrum, triplici substantiâ gaudent, nempe compactâ, cellulari, & reticulari.

Compacta exterior, durior, albicans, variis lamellarum stratis conflatur aliis super alia positis, quorum tamen interiora veluti corrugata plicataque à cæteris paulatim divergunt, ita ut crassior sit stratorum compages in osse medio, versus extrema, imminuto lamellarum numero, tenuior.

Ex his lamellis à rectâ stratorum normâ declinantibus, & sese invicem decussantibus, nascitur cellularis substantia in ossium longorum capitibus cæterorumque corpore conspicienda.

Fibrillæ pariter osseæ, ex iisdem lamellis interioribus ortæ, quaquaversum positæ, sese diversè interfecantes, & in magnis tantum ossium longorum cavitatibus conspicuæ, retis cujusdam speciem referunt: undè substantia reticularis fuit nuncupata.

Ossa irrorat & inungit humor oleosus ab extremis arteriis exsudans: vocatur in medijs ossibus longis medulla concreta; in capitibus verò & alibi, succus medullaris.

Teguntur demùm & involvuntur ossa periosteo, membranâ subalbidâ, densâ, vasis nervisque præditâ, inæqualiter spissâ, secundum ossis axim faciliùs evellendâ. Ejus ope sustentur & ad os usque deducuntur vasa quæ nutritionis medullæque secre-

tionis materiam vehunt , sanguinemque residuum referunt. Majori copiâ in infantibus , minori in adultis reperiuntur : in senibus verò obliterantur pleraque , & rarissima apparent.

EX CHIRURGIA.

Ulcus cariosum est solutio continuitatis in parte molli cum effluxu puris & ossis erosione.

Dividi potest in benignum & malignum : benignum dicitur , cum levis est caries , cum à causâ externâ producitur , cum aggreditur os in quo operationes necessariae sine periculo celebrari possunt , cum denique curationi favent ætas & temperamentum ægri : malignum verò , ubi caries altissimè progreditur , ubi vitio interno fovetur & alitur , ubi spongiosa depascitur ossa , ubi situs mali , ægri debilitas , graviora demùm accidentia morbum exasperant.

Causæ sunt vel internæ , ut varia sanguinis vitia , varique medullæ & ossium indè exsurgentes morbi ; vel externæ , ut ictus , lapsus , & subsequens commotio , abcessus profundi , puris acrimonia , aeris contactus , ustio , frigus immodicum , ac denique omnes substantiæ quibus os erodi potest.

Diagnostica ulceris cariosi signa facillimè sæpè sæpiùs deprehenduntur : pluriès tamen sagacissimam Chirurgi perspicaciam requirunt. Si , verbi gratiâ , os oculis subjiciatur , tùm videtur periosteo denudatum , fuscum , nigrum , pingue , exasperatum , erosum. Si saltèm aut digito aut specillo tangi possit , tùm scabrum asperumque persentitur : sin autem oculos pariter tactumque fugiat , tùm ad certa minùs signa recurrendum , nempè puris oleosi & nigrescentis aut potius saniei effluxum , fuscata linamenta , fœtorem rancidum , carnis flaccidæ , mollis , spongiosæ redundantiam , quandoque squammulas & frustula ossium cum pure erumpentia , ac demùm ulceris iterùm atque iterùm recrudescentis pertinaciam.

A causâ , situ , gravitate morbi ac variis demùm circumstantiis prognosis instituenda. Si erosio levis & ab externâ causâ sub oculis

verfetur, fi æger ætate & temperamento vigeat, fi mali fitus varias operationes celebrandas admittat, tum certior fperanda falus. Contrà autem ubi malum in obscuro ferpit, ubi capita offium aggreditur & ad articulos pervenit, ubi gravis & interna caufa, debilis ægri constitutio, ætas in fenectutem vergens, &c. tùm periculofiffima caries pronuntietur.

Ulcus cariofum glutinari non poteft, quia nulla permanens cicatrix offi vitiato inducitur: in eo igitur confiftit ejus curatio ut graffantis erofionis progressus inhibeat, & pars mortua per exfoliationem extrudatur: deindè ulcus veluti fimplex habebitur.

Si fiftulofa tantùm & angufta pateat apertura, aut fcalpello aut caufticis pars detegatur, fi verò luxurianti fpongiofæ carnis excrescentiâ obtegatur os erofum, fedulò omnes ifti fungi radicitùs evellantur, ut caries tanta quanta fit, oculis pateat obnoxia. Tùm viribus ægri confulendum, & natura mali apprimè dignofcenda, hinc enim quænam remedia fint ufurpanda ftatuitur.

Si levis fit caries, plerumque fufficiet linamentum carptum aut ficcum aut fpirituofò medicamento imbutum. Si profundior, admovebuntur, deterfâ fanie, pulvis myrrhæ, aloes, euphorbii, olea ligni fancti, thymi, cinnamomi, aut potiùs hydrargirum fpiritu nitri folutum ope penicilli illinendum aut inftillandum ufque dum ad fanam offis partem perveniat, quod agnofcitur ubi nulla jam fanies ex offis vitiati poris exit.

Intereà attentè videbitur num puris aliquod receptaculum tùm in offis cavo, tùm in ejus cellulis, tùm etiam in confiniis lateat. Tunc enim ipfa puris ibi ftagnantis acrimonia morbum latiùs latiùsque protrahit: facilè autem dignofcetur, fi apparatu renovato puris hinc aut indè ex improvifo erumpentis copiâ veluti inundatur fasciatio: quo in cafu caries ulteriùs detegenda ut ad remotas puris latebras perveniat, facilisque ipfi pateat exitus.

Quantacumque prædictis habeatur fiducia, fi caries atrociter fæviens omnibus Chirurgi conatibus refiftat indocilis, tunc ad heroicum, ut ita dicam, remedium, veluti unicam falutis anchoram, ignem fcilicet deveniendum eft. Ubi altiffimas radices egit caries, os undique denudatum primò hinc indè modiolò terebra-

tum, aut radulâ rasum, aut scalpro & malleolo excisum, deinde ferro candente aduratur. At operator quam solertissimè præcaveat ne ignis contactu lædantur vitandæ partes. Centrum ergò cariei initio, dein margines tentabuntur : leniter primò, post firmiùs inuretur ferrum, & sic deinceps, dum sufficiens ossis adustio possit judicari.

Quoad verò exfoliationem ipsam, hîc natura plus arte valet. Pendet enim ab inflammatione in sanâ ossis parte excitatâ : ibi tùm ingurgitantur & extenduntur vasa ; ipsorum oscillationes & vibrationes fibrarum increbrescunt : fit suppuratio laudabilis ; & quo in gangrænâ humidâ escharæ separantur, eodem, in carie, mechanismo exfoliantur ossa.

Ubi absolutè perfectum fuit illud opus ; & os operitur vasculosâ lamellâ quæ sanæ & rubicundæ carnis speciem refert, brevî & facili negotio vel simplicissimo quoque medicamento curatur ulcus ; cùm jam ipsius fundus firmam cicatrici mox generandæ basim præbeat. Sin autem caries articulos invaserit, & ossium capita penitus erodat, tùm unica salutis spes in amputatione affulget, & unius membri jacturâ toti corpori consulendum.

F I N I S.